



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

4. Summa cruta ex dictis quoad obligationem restituendi ex culpa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

rem hanc obligationem esse, ita ut etiam is obligetur alere equum, verbi gratia vel servum commodatum, modò notavi. Unde fit, ut Commodatarius obligetur ex iustitia præferre rem pretiosam sibi commodatam, quam ea jactura rerum suarum, quæ æquivaleret illis alimentis; Atque eodem modò proportionaliter philosophare in reliquis contractibus.

§. IV. Summa evata ex dictis quoad obligationem restituendi ex culpa.

1. Obligatio restituendi, ut ex hæcenus sparsim dictis liquet, quatuor ex capitibus emergit. Ex delicto, ut ex furto, homicidio, adulterio, damnificatione, &c. Ex quasi delicto, ut cum servus tuus, vel animal tuum, tuisve filiis alteri nocent. Ex contractu, ut in mutuo, deposito, empto, locato, &c. Ex quasi contractu, id est, ex officio, quo quis fungi proficitur: qualis est Tutor, Curator, Iudex, Gubernator, Medicus, publici Opifices, &c.

2. Dico in præcedentibus, esse statutum, homines tunc solum in foro conscientie ante sententiam Iudicis obligari in prædictis ad restitutionem, quando peccaverunt mortaliter.

De obligatione enim ex delicto; puta sive ex injusta acceptione, sive ex iniqua damnificatione, sic statutum est hoc Tractat. tertio, capitulo secundo, §. 5.

De obligatione ex quasi delicto, sic decrevimus l. 6. cap. 4. §. 2. num. 4.

De obligatione ex contractu, sic docuimus hoc tr. 3. cap. 5. §. 1. num. 5.

De obligatione denique ex quasi contractu, sic diximus ibidem, §. 2. num. 1.

3. Modò notes, ut non nimis sæpè notavimus, l. 1. cap. 3. §. 7. v. Depositorum, & paulo antè §. 2. num. 2. negligentie culpam in una re, verbi gratia, in re temporali aliquando esse venialem, quæ mortalis erit in re graviore, verbi gratia, pertinente ad vitam sic nimirum posente ipsius rei gravioris natura, multò magis si præcesserit aliqua promissio, &c.

CAPT VI.

De eadem quarta Radice restitutionis, quæ immediate est ex contractu in unum sum.

§. I. Præmittitur definitio Contractus.

1. Contractus, seu pactum strictè sumptum à Juris peritis sic definitur: Est aliud, cuius obligatio ex consensu, & voluntate parium consurgens; Planius autem sic definitur: Est actus externus inter duos, vel plures celebratus, pariens ex illorum consensu obligationem. Nota, priorem descriptionem tradi per effectum resultantem ex contractu, id est, per obligationem: posteriorem verò tradi per ipsam causam, puta per externum consensum, ex quo inseparabiliter consequatur obligatio. De his lege Molin. de Lugo, Fagundez, Oñate, mox citandos, Lell. Reb. aliisque passim ab iisdem citat.

1. Dixi (strictè sumptus) nam actus continens obligationem unius tantum, ut simplex promissio, vocatur minus strictè contractus. Pari modo actus continentes pactum explicitum unius partis, & implicitum alterius (quale accidit in obligatis ex officio; ut est conventio inter Tutorem, & Pupillum; inter Curatorem, & Minorem, vel furiosum; inter gestorem utilem tui negotij, & te absentem; inter fungentes publica administratione, & communitatem, &c.) vocatur quasi contractus.

3. Cum obligatio sit tam necessaria, & essentialis contractui, multa notavit de illa Doctores, Præcipua sunt

rem hanc obligationem esse, ita ut etiam is obligetur alere equum, verbi gratia vel servum commodatum, modò notavi. Unde fit, ut Commodatarius obligetur ex iustitia præferre rem pretiosam sibi commodatam, quam ea jactura rerum suarum, quæ æquivaleret illis alimentis; Atque eodem modò proportionaliter philosophare in reliquis contractibus.

§. IV. Summa evata ex dictis quoad obligationem restituendi ex culpa.

1. Obligatio restituendi, ut ex hæcenus sparsim dictis liquet, quatuor ex capitibus emergit. Ex delicto, ut ex furto, homicidio, adulterio, damnificatione, &c. Ex quasi delicto, ut cum servus tuus, vel animal tuum, tuisve filiis alteri nocent. Ex contractu, ut in mutuo, deposito, empto, locato, &c. Ex quasi contractu, id est, ex officio, quo quis fungi proficitur: qualis est Tutor, Curator, Iudex, Gubernator, Medicus, publici Opifices, &c.

2. Dico in præcedentibus, esse statutum, homines tunc solum in foro conscientie ante sententiam Iudicis obligari in prædictis ad restitutionem, quando peccaverunt mortaliter.

De obligatione enim ex delicto; puta sive ex injusta acceptione, sive ex iniqua damnificatione, sic statutum est hoc Tractat. tertio, capitulo secundo, §. 5.

De obligatione ex quasi delicto, sic decrevimus l. 6. cap. 4. §. 2. num. 4.

De obligatione ex contractu, sic docuimus hoc tr. 3. cap. 5. §. 1. num. 5.

De obligatione denique ex quasi contractu, sic diximus ibidem, §. 2. num. 1.

3. Modò notes, ut non nimis sæpè notavimus, l. 1. cap. 3. §. 7. v. Depositorum, & paulo antè §. 2. num. 2. negligentie culpam in una re, verbi gratia, in re temporali aliquando esse venialem, quæ mortalis erit in re graviore, verbi gratia, pertinente ad vitam sic nimirum posente ipsius rei gravioris natura, multò magis si præcesserit aliqua promissio, &c.

CAPT VI.

De eadem quarta Radice restitutionis, quæ immediate est ex contractu in unum sum.

§. I. Præmittitur definitio Contractus.

1. Contractus, seu pactum strictè sumptum à Juris peritis sic definitur: Est aliud, cuius obligatio ex consensu, & voluntate parium consurgens; Planius autem sic definitur: Est actus externus inter duos, vel plures celebratus, pariens ex illorum consensu obligationem. Nota, priorem descriptionem tradi per effectum resultantem ex contractu, id est, per obligationem: posteriorem verò tradi per ipsam causam, puta per externum consensum, ex quo inseparabiliter consequatur obligatio. De his lege Molin. de Lugo, Fagundez, Oñate, mox citandos, Lell. Reb. aliisque passim ab iisdem citat.

1. Dixi (strictè sumptus) nam actus continens obligationem unius tantum, ut simplex promissio, vocatur minus strictè contractus. Pari modo actus continentes pactum explicitum unius partis, & implicitum alterius (quale accidit in obligatis ex officio; ut est conventio inter Tutorem, & Pupillum; inter Curatorem, & Minorem, vel furiosum; inter gestorem utilem tui negotij, & te absentem; inter fungentes publica administratione, & communitatem, &c.) vocatur quasi contractus.

3. Cum obligatio sit tam necessaria, & essentialis contractui, multa notavit de illa Doctores, Præcipua sunt